UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Io. Francisci Leonis Eporediensis I. V. D. Episcopi Thelesini Thesaurus Fori Ecclesiastici

Leoni, Giovanni Francesco

Coloniae Agrippinae, 1682

109 Statuta laicorum non possunt super ecclesiae bonis disponere.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10316

Visual Library

109 Ut reprobata † contraria opinione Bart. aſſerentis ſtatuta laicorum ſimpliciter facta contra ea, quæ competunt eccleſiis, vel clericis non in privilegium, ſed ut cuilibet, tunc ligare clericos, & in foro Epiſcopali eſſet ſervanda, dummodo honeſta ſint, *de qua in l: cunctos populos num:* 29, C: *de ſum: Trinit: & fid: cath:* cujus opinionem, poſt alios, per ipſum citatos, ſequitur Lopez: *in additione ad Diaz: pract: q: cap: 56, ver: ex quibus*, poſt Bald: *in ead: l: cunctos populos, num:* 10 qui allegatis per Bart. reſpondet, & eius opinionem reprobat, ſequitur, & tenet Abb: *in cap: ſua, il primo, n: 9: de decim:* poſt tex: *in cap eccleſia ſancta Mariæ de conſtit:* & poſt Ant. Imol. Rom: & aliòs citatos contrariis reſpondendo, & rationes adducendo, probat Felyn. *in eod: cap: eccleſia ſanctæ Mariæ num:* 81, *verſ: ſed contra* Bart & ibidem Bald: *num:* 5, Abb.: *num.* 10, & Dec, *num:* 88, & 91. *de conſtit: cap: bene quidem in fine: 96. diſtin:* Bero. *in conſ.* 31: *num:* 20, *cum ſ q: vol: primo*, & hanc eſſe communem doctorum theoricam teſtatur idem Abb. *in cap: non minus n:* 20, *in princ: de immunit: eccleſ:* Sylveſt: qui etiam inquit, hanc eſſe communem opinion. *in ver: immunitas* §: 1, *num:* 20, Surd: *in conſ:* 2, *num:* 15, *volum:* 1, *cum aliis, quibus ſupra cape* 45: *num:* 42, *& ſeq.*

i Infertur etiam ex prædictis, laicorum
11 ſtatuta, ſive decreta, aut ordinationes, quibus ob publicam utilitatem pœnaliter prohibetur, nè in prædiis orizæ ſerantur, aut quid ſimile clericos nos minime ligare, aut eccleſiarum bona. Quidquid in contrarium tenuerint Gabr: *in conſ:* 37: *num:* 3: *& ſeq:* Vulpel. *in tractat. de libert: eccleſ. par:* 3, *num:* 16, & Menoch *conſ:* 1000, *volum.* 10. *n.* 28. quos citat, & ſequitur Capal. *in centur: reſolut. crimin. caſ* 12, *ſub: num:* 4, quia, nec directè neq; indirectè, tacitè vel expreſsè, contra libertatè eccleſiaſticam Principatibus, ſeù magiſtratibus ſecularibus quidquam licet attentare. Anchar. *in conſ. mihi* 196, *num:* 4, *aliàs* 112. magnificè, & Illuſtr. Colleg. Bonon. *inter conſil. eiuſdem Anchar, conſ.* 12. *num:* 2, *& ſeq.* Abb. *in repeti: cap: Eccleſia ſanctæ Mariæ, num.* 31. *de conſtitut.* & in terminis quamplures allegat Sud. *conſ.* 301. *num.* 75. 76. *& ſeq. volum.* 3.

114 Imò † ſi eorundem ſtatutorum, aut decretorum vigore contra clericos exercent, illos mulctando, aut aliàs quovis modo gravando, in excommunicationis ſententiam in Bullam Cœnæ Domini contentam incidunt, *ut in eadem Bull. ſub nu.* 15. *verſ. quivè ex eorum.* & Navar. *in cap.* 27. *num:* 69, §: *qui ex eorum verſ. necnon qui de cenſ: eccleſ: tom:* 1.

Non tamen negabo, quin, & ipſi eccleſiarum Præſules, ſi pij prudentiſque paſtoris officium præſtare velint, eandem prohibitionem facere, illamque executioni debeant demandare.

115 Quòd, ſi † ipſi Prælati eadem edicta, & inhibitiones ordini clericali recuſarent, quod minimè eſt credendum, proponere. Non propterea magiſtratus ſeculares poſſunt Prælatorum negligentiam, ut aliqui putant, ſupplere, quia cum Iudex eccleſiaſticus ſi major, ipſe Iudicis ſecularis inferioris negligentiam ſupplere, & illum corrigere poteſt, *c. ex tranſmiſſa, de for. comp:* Azor: *in* 1. *par: inſtitut. moral. lib:* 5, *c:* 12. *verſ. ſed dubitare* & Rot: *de anno* 1595: *ut ſcripſi in cap:* 38, *n:* 92, *tom:* 1.

Dicta

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN